



## **Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum**

**Heser, Georg**

**Monachii, 1657**

34. De secunda Petri, aliorūmq[ue] vocatione ad sequelam solūm temporaneam, cum animo revertendi ad piscationem.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](#)

dit IESUS , & dixit ei : Quia dixi tibi : Vidi te sub sicu, credis : majus his videbis. Et dicit ei : Amen, amen dico vobis , videbitis cælum apertum , & Angelos Dei ascen-  
tes , & descendentes supra Filium hominis.  
*Ioan. I. v. 49. 50. 51.*

## MEDITATIO XXXIV.

*De secunda Petri, aliorūq; vocatione  
ad sequelam solum temporaneam, cum  
animo revertendi ad pi-  
scationem.*

I. **F**actum est, cùm turbæ irruerent in eū, ut audirent verbum Dei , & ipse staba secus stagnum Genesareth. Et vidit duas naves stantes secus stagnum ; Piscatores autem descenderant , & lavabant retia. Ascendens autem in unam navim , quæ erat Simonis, rogavit eum à terra reducere pusillum. Et sedens docebat de navicula turbas.  
*Luc. v. 4. 1. 2. 3.*

II. Ut cessavit autem loqui , dixit ad Si-  
monem : Duc in altum , & laxate retia ve-  
stra in capturam. Et respondens Simon, di-  
xit illi : Præceptor, per totam noctem labo-  
rantes, nihil cepimus : in verbo autem tuo  
laxabo rete. Et cùm hoc fecissent, conclu-  
serunt

*AB ANNO XXX.* 29

Vidi  
Et di-  
ebitis  
iden-  
nitis  
  
ferunt piscium multitudinem copiosam :  
rumpebatur autem rete eorum. Et annue-  
runt socijs, qui erant in alia navi, ut veni-  
rent, & adjuvarent eos. Et venerunt, &  
impleuerunt ambas naviculas, ita ut penè  
mergerentur. *Luc. 5. v. 4. s. 6. 7.*

V.  
itio-  
um  
  
III. Quod cùm videret Simon Petrus,  
procidit ad genua Iesu, dicens : Exi à me,  
quia homo peccator sum, Domine. Stupor  
enim circumdederat eum, & omnes qui  
cum illo erant, in captura piscium, quam ce-  
perant. Similiter autem Iacobum & Ioan-  
nem, filios Zebedæi, qui erant socij Simo-  
nis. Et ait ad Simonem Iesus : Noli time-  
re : ex hoc jam homines eris capiens. *Luc.  
s. Vers. 8. 9. 10.*

IV. Et subductis ad terram nivibus, re-  
lictis omnibus, secuti sunt eū. *Luc. 5. v. 11.*

## MEDITATIO XXXV.

*De vocatione Petri & Andreae ad per-  
petuam sequelam.*

I. **A**bulans Iesus juxta mare Galilææ,  
vidit duos fratres, Simonem, qui vo-  
catur Petrus, & Andream fratrem ejus, mit-  
tentes retia in mare : erant enim piscaores.  
*Match. 4. v. 18. Marc. 1. v. 16.*